

Boxhornio.

(286)

Distuli hanc scripturam, Vir Doctissime, non mea culpa
nosti quippe aut conieci, quam ad rotam alligatus volvor
dum in expeditione sumus, hujusmodi praesertim, in qua
coelum toties mutamus et solum. In itinere tamen, et
quamprimum oblata fuit occasio, rationem tui habui, quam
tam debui aut potui. Curavique quingentos florenas tibi
ex aerario Principis annumerandos. Cujus rei mandatum
Imperatoria manu signatum invenies Hagae apud The-
saurarii Generum, Buserojum Graphiarium, virum
comem et honestum, qui tradendi tibi Diplomatis curam
delegari sibi, non aegre passus est, cum Hagam nuper am-
daretur. Nummos asperos et bonos ut quam celerrime
accipias idem se daturum operam promissit. Nimirum
vile pretium ingentis operae, et illustrissimi laboris. Sed
fama supplebitur, et aeternae laudis cumulo; quem hoc
scripto meminisse te, non dubito pronunciare, licet ~~non~~ ^{ne} lector
quidem tuus ad hunc diem usque, tantillum enim scri-
pti non millies interrupti, quod mineri, nondum inveni.
de cetero quod attingis, disserendi coram facultas dabitur.
Verbo ^{per} monendus es, quid te scribi vis sine rubore patitur
non videri adductum iri, ut de scriptore sibi proprio et
addicto vel cogitasse fateatur. Vale Vir Amplissime
et d: Heinricio summo amicorum, cujus ego ad quietem
doctines annos vexari indignissimis molestiis, saepe meam
stomachandus doleo, salutem dicito meis verbis. Scribe
statim ut proficiscendi finem fecimus. Pontii prope
Gelriam ubi exercitus heri conedit. Prid: Cal. Augusti.
C1710CXI. Adiectissimus tui.
C. H.

Bannio.

Amplissime Bannio.

(287)

Ut qui totus es vocalis et consonans, et cum vocibus con-
sonantibus perpetuo non habes, tanto propter maxem inter
nullo nec vocalem mihi nec consonantem impares.
toties hoc per communem Campanium aliosque amicos
flagitanti, prorsus divinare nequeo. libera me hoc solo
metu, se quid interesset, quod ei gratia quam apud se
non merui, possedisse tamen arbitror, aliquid detraherit
eademque operam, quid Mercurio de cautionibus Gallorum
reponendum sit, aut jam ipse reposueris, indica. Jam
enim suppetere desit, quo assiduum creditorem honeste
summonsam. Vale scribo raptim Rheoberca 11. Augusti
1640.

Compendium illud libri tui, eritne cum visurus sum?

Barlae.